Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Anthropologia Anatomico-Physica

Baumer, Johann Wilhelm Francofurti, 1784

VD18 11680695

Cap. XV. De venis capitis.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16622

CAP. XV.

De venis capitis.

s in a good in the species

Encephali vena & Gnus.

x fubstantia cerebri ac cerebelli corticali venulæ ad piam duramque meningem abeuntes, atque etiam in his ab arteriarum ramulis orientes, in duræ matris finus fefe exonerant. Inter hos quatuor maiores, nimirum longitudinales, superiorem sagittalem, a fronte ad occiput excurrentem, inferiovem, in processu falciformi progredientem; duosque laterales, in occipite, obvios numerant, qui omnes in torculari Herophili conveniunt. Sinus longitudinalis superioris finus lateralis dexter continuatio plerumque est, & sinister, dextro minor illi inseritur. In longitudinalem superiorem venæ cerebri superficiales & duræ matris se exonerant. Sinus longitudinalis inferior, raro bifurcatus, cum finistro laterali plerumque committitur, atque in illum venæ cerebri ac cerebelli vicinæ & profundæ abeunt, venæ occipitales nec non a lobis cerebri posterioribus, atque a gyris cerebelli posterioribus orientes, in finus laterales fefe exonerant. Plures adhuc fub encephalo finus minores reperiuntur, nimirum occipitalium anteriores, non perpetui, laterales atque posteriores, qui in fossas iugulares sanguinem develunt. Petroforum superiores, angusti, quibus inferiores cerebelli & medullæ oblon-

Fregulares

gatæ venæ inferuntur, & inferiores, lati brevesque. Sinus circularis, glandulam pituitariam circumiens, venulam a fella tunica recipit, & cum occipitali anteriore, nec non cum petrofis communicat. Sinus transversalis, satis amplus, mediam sellam turcicam, fub glandula pituitaria dividit. Cavernosi, utrumque sellæ turcicæ latus occupantes, & cum circulari connexi, venas ophthalmicas loborumque cerebri anteriorum venas recipiunt. Sinus hi, anastomofibus inter se iuncti, sanguinis regressum ex capite facilitant, & plerique sanguinem fuum iugularium internarum diverticulis, finus autem occipitales venis vertebralibus potissimum advehunt. Vid. A. de Haller icon, anat, fasc. I. tab. VI.

S. II. sachron son Y

Venæ vertebrales ex fossis iugularibus vena vera ortum ducentes, atque ex magno ossis octebrales. cipitis foramine progredientes, duabus in utroque latere radicibus maioribus per apophysium transversalium vertebrarum colli foramina descendunt, atque in itinere superius per foramina condylorum ossis occipitis lateralia, anterius a parvis capitis & colli musculis, posterius a cervicis transversalibus, atque interius a medullæ spinalis canali radiculas venosas accipiunt. Radicum venæ vertebralis minor ad vertebram colli quartam ex apophyseos transversalis foramine egreditur, atque, ad vertebrarum latera descendens, cum altera radice

maiori in truncum communem coalescit. Brevi autem ante utriusque coniunctionem, illam, interdum vero venam axillarem, vena cervicalis, seu muscularis inferior, a musculis vicinis adveniens, ingreditur. Vid. B. Eustachii tab. anat. XXVI. n. 1. lit. m. A. F. Waltheri obs. de vasis vertebralibus & vena vertebrali, Lips. MDCCXXX.

§. III.

Vena spi-

Venæ spinales, anterior atque posterior, factis cum lateralibus medullæ spinalis sinibus anastomosibus, acceptisque plurimis radiculis, cum sinibus occipitalibus ac iugularibus coniunguntur.

S. HIII. A dan dama decor

Venæ iugulares internæ, sanguinem ex duræ matris sinibus accipientes, atque per lacera baseos cranii foramina prodeuntes, ad longissimum colli musculum descendunt, atque in itinere varias radiculas venosas, a vertebrarum colli lateribus venientes, atque, circa sinem suum, maxillarem internam, gutturalem, seu thyroideam, aliamque ex ossis hyoidei musculis venientem recipiunt, & venis subclaviis inseruntur. Plerumque duabus, rarius tribus valvulis iugulares internæ præditæ sunt. Vid. B. Eussachii tab. anat. XXV. n. 11. lit. k.

en cool S. V. vo menume

Jugulares externs. Permultæ radiculæ venofæ a fronte venientes, atque in radices frontales collectæ,

ab oculorum orbitis, palpebrarum, nasi ac faciei musculis orientes, nec non aliæ ab cefophago, musculis pterygoideis internis, cephalopharyngeis, epiltaphylinis lateralibus, uvula, velo palatino, glandulis fublingualibus & maxillaribus lingua, (rarinæ,) laryngis, labrorum, menti & colli musculis ortum ducentes, permultis anastomosibus inter se, & cum venæ alterius lateris radiculis, factis, in venam ingulavem externam anteriorem confluent. Radices venosæ a musculis pterygoideis externis, maxillæ condylis, parotidibus, temporum musculis (temporales) cephalica minor cum maiori anastomosin faciens, & suprahumeralis ex scapulæ musculis collecta, cervicalis, seu muscularis colli superior, venæ iugulari posteriori, inter aurem atque parotidem descendenti, inseruntur. Utræque vero inter fe coalitæ communes iugularium externarum truncos efficiunt, qui, inter musculos, latissimum colli & sternomastoideum, descendentes, venis subclaviis, interdum axillaribus, immittuntur. Vid. B. Eustachii tabul. anat. XXV. n. 11. lit. x.

Obs. Venæ occipitales per foramina ossis occipitis, pone processus mastoideos, sinus duræ matris laterales ingrediuntur, iis vero deficientibus vel obliteratis, sanguis, in venas proximas communicantes divergens, in venam iugularem externam posteriorem desertur. Vid. J. B. Movgagni epist. anat. IV. art. XI.

DESCRIPTION OF PARTIES OF PERCHAN

CAP. XVI.

De extremitatum superiorum venis.

§. I.

Digitorum ligitorum atque manus venæ, in meta-& manus. carpo plures areolas formantes, multisque anastomosibus inter se iunctæ, in antibrachii venas abeunt: Salvatella, in digito auriculari oriens atque per manus dorsum producta, venæ cubitalis radix est. Inter pollicem eiusque metacarpum pollicis cephalica obvia venæ radialis externæ radix est.

§. II.

Antibra- Vena cubitalis interna in latere antibrachii vena. chii interno, & cubitalis externa in externo, ascendentes, basilicæ radices sunt, atque cum venis, arteriæ brachilis fatellitibus, nec non cum vena antibrachii profunda, plures anastomoses nectunt. Vena antibrachii profunda, interosseam arque venosas musculorum radii, carpi ac manus radiculas accipiens, in interno antibrachii latere, e regione ligamenti interoffei affurgens, medianæ atque basilicæ coniunctioni immittitur. Venæ radii externa atque interna, in utroque latere radiculas, crebrioribus anal stomosibus inter se iunctas, accipientes, in radii superficie externa atque interna, inter se propemodum parallelæ, ascendunt, atque in externo flexuræ cubiti latere venæ cephalicæ inferuntur. A venarum bafilicæ